



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

8. Sextus fons Inventionis, Testimonia Veterum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Quintus fons inventionis, Emblemata.

CAPUT VII.

VT est imaginum: ubique amans huma-
num ingenium, vix ad necessitatem in-
venienta multa humanæ virtutæ subtilia, parietes,
pavimenta, domus, vestes, vala cum cœp-
erunt varijs figuris, & imaginibus collu-
trati. Hinc in parietibus vermiculata, in pa-
mentis tessellata, in lignis segmentata, in
vasis ornamenta, in clypeis admirabiles ca-
racteres, quæ paulatim postquam ad eleganter
descluere coepérunt ingenia, eruditis ar-
gumentis diuersisque sententiosis erituerunt.
Hæc emblemata, que cum hieroglyphicis in
eo conueniunt, quod symbolorum naturam
habeant, differunt vero, quod rem sublatius
enigmatum veli's purius, liquidiusque pro-
ponant. In hoc genere pæcata, & aiguta lu-
cerunt ingenia, ut ex varijs Imperatorum, illu-
strumq; virorum symbolis licet colligere,
ex quibus plerumque lepida, & iuavis afflu-
it eruditio. Magnifica imprimis fuerunt ve-
xillotum, clypeo, umque synbola, qualia
sunt, quæ apud Achylum in Tigris Ædia de-
scripta sunt.

Resolutio

¶. ini. 5. septem ad Thelas commemorantur, & ab
Homero, & Vngilio in Herorum clypeis
describuntur. Hunc morem ab heroicis du-
orum temporibus posteris constat, tisimè re-
sinuerunt, & in eo pæcipue Atheneentes φό-
δον τοι, quos irridens Lacon, muscam pro
omni emblemate, eamque minutiæ lineis in-
cifam sculpi curavit in clypeo. Cuius rei
causa cum ab eo rogaretur, Tam prope, inquit,
ad ostes jum a ciffas, ut uir mycicum nosiram
distrere possem. Post vexilla & clypeos locum
sigilli assignemus: nulla gens, nullus Impe-
rator, nullus pene priuatus, qui sibi peculia-
re symbolum non affectavit. Nihil hic opus
est Periarum aquilas auricas, nocteas Athene-
nium, Thelanorum lphinges com-
memorare. Quid ea, quæ de Augusto seruntur?
quam elegantiam habent: qui matu' itaeni
in rebus gerendis esterfuit, in altera num-
mi parte, quem eudi nosterat, papilonē vna
cum fluviali cancro cæli volant, et festi-
nandum lente moneret. Moæenas ille do-
ctorum sautor, & parent, ranam viurpauit
(ut nonnulli volent) Seriphiam, ad commen-
datam silentij religionem. C. alius V. Im-
perator pro in-eratoio iure habuit sym-
bolum sibi peculiare, duas Heleculis colum-

Vide Sym-
bole mpe-
atoria.

nas, cum lemmate, & ultra. Hæc exempli
causa commemora fuit, licet infinita ex
symbolis imperatoris. Adolphi Oconis
nummis, ipsius denique Alciati, Junij, Bro-
fardi iconibus colligere, quæ ut lunt exqui-
sita ingeniorum inuenta, ad orationes illu-
minandas, si modò bellè accommodentur,
plurimum habent suauitatis.

Sextus fons inventionis, Testimonia vetera.

CAPUT VIII.

Veterum testimonia, inter argumenta re-
mota plurimum obtinent dignitatis, si
modò ab auctoribus fide dignis, iisque gra-
uibus, & eruditis emanarint. Hoc cùm re-
rum confirmationibus telum frequens, &
plerumq; amentatum. Nam cum nostra, li-
cer sagaciter inuenta, refutari, refelliq; pos-
sint liberius, sola auctorum, qui modò om-
nium contentu magni sunt, & celebres, ob-
seruantia tam item elicit assentum, ut pu-
dor sit diffiteri, quæ illa superiorum sæculo-
rum oracula suo caleulo cōprobarentur. Hanc
authoritatē in Theologicis orthodoxi Pa-
tres: in Philosophia Aristoteles; in philolo-
gia omnes antiqui, & primæ classis auctores
sibi vendicant. Bene igitur ratione dicendi
confidunt, qui sibi de omni re, & disciplina,
grauiā, selectā, rara grauissimorū testimoni-
orum vouchauerū per locos cōmunes dige-
rūt, quæ in promptu semper habent pessimt,
& hæc pæleitim longè securius afferuntur,
cum ex conte hausta, nō ex iuuulis delibata
sunt. Qui tamē varia lectionis pæsatio de-
stirunt, ad cōmunes locos, quorum se-
ges posterioribus iuxtales pene infinita eri-
tuunt, cogūtūt recurrere. Pleniori rei vari-
etate Clemens Alexand. Arist. Plut. Plin Se-
nec. Stobæus, quos qui avide legerūt: cō-
dubium est, quin aucto' iœtu pectus cōplu-
ire suum. Succedunt tot noua collectanea,
Patrum sententia, Platonis, &c., Polyan-
thea noua, Coccij thelaorus, lylæ allegori-
aū, & quæ quotidie nascuntur tot eruditis fa-
cilius, unius literarū interpres, in quibus mag-
na communium locoru' vbeitas: sed laxe in-
fente semper ruriora. Iaigeretur nemini testimoni-
onia deesse poterat, ut viciendum fuisset,
quod Aegilius ille prudensissimus Imperator
pronunciauit, cum machinam

T 2 bellæ

Bellicam nimis solerter ad vsum, vel minima in duos locos militum exagitata v. dicitur, nunc iure dicendum sit; *Paro, virtutum subtilissimos eradicis viri doctrinam peritis, impetratisque hominibus fecisti communem.*

Sed tamen in tractatione magnum est discrimen, nec ubi Achillius hasta, ibi Achillis est manus. Videntur est imprimis, ut testimonioria componere, & loco dicatur, non omnes orationes decentes, illae que totae ad suavitatem, & distinctionem delicias sunt compositae, raro ista in testimoniorum vsum admittunt, ita reverentur de numero loquarum periodorum ambitu discedere, aut hinc ter dum assumunt, parcer delibant, suntque in usu porius rei, quam in recitatione occupata. Que verò rationum pondera, & sensus, magis quam verba sectantur, magni faciunt auctoritates, in quibus tamen tenendus est modus, si enim nimis sit, si communes, si sine vi & pondere allatae, puerum magis colligentem sapient, quam virum ingeniosum.

Hic existit aliqua dubitatio, vtrum Graeca Græcè referenda, carmina etiam orationi ad texenda sint? Quod ad primum attinet, Demetrius Phaler. in l. quæ de elocutione scriptus, eos reprehendit, qui Græcis vobis peregrinas immiscent, & hoc ab Oratoris elegancia docet esse disfunctum. Ex quo perperam faciunt illi, qui ad eruditio[n]is ostentationem in una oratione omnia confundunt idiomatica. Tiberius in senatu noluit Græcam vocem iucundam usurpare, quæ tamen maxime necessaria videbatur. Quid igitur, qui sine via la necessitate Hebraicorum, Græcorumq; testimoniorum sylham congerunt? num satis oratores sapere videntur? In libris, commentarijs, & ad probabilitatem, non delectationem, compositis orationibus, vbi necessitas exigit, si maiorem vim, & pondus oratio sic habitura, istud usurpare non est indecorum; & in explicationibus quidem authorum dignitatem haberet magnam. In concessionibus verò farrago tot peregrinarum linguarum, cum præterim concio res sit popularis, non adeò plebejus ausibus iucunda, quæ magis afficiuntur eis quod liquidius intelligunt: itaque Græca sepius, aut Hebraica citare superuacuum est, nisi forte ea sint efficaciter distinctionis, ut facile alieno idiomate reddi non possint. Hoc pacto Græcum verbum se usurparie in senatu commemorat Cicero Phil. & in Pisonem, habet, argentum exire: sed

hic quām soberia? Nōque verb magis errore vacant, qui in Gallicis concionibus, seu orationibus, Latinorum prolixos locos, & communes sine vlla vi, & vix coagmentantur. Græcos etiam autores, vt Diaua Gregorium Nazianz. & Chrysostomum, latine loquentes inducunt, cum eleganter nostri linguae redderentur.

Versus porrò nec multos ingeri, nec omnino excludi velim: nam qui ad excludendos ap[er]atione versus, Ciceronis, & Demosthenis exemplum afferunt, parum mea sententia proficiunt. Neque enim magnopere mirandum est, si in negotiosis concionibus, vbi consulto artem, & eruditio[n]em occultant, poteratum testimonia non expromunt, qui in litterario porius pulvere sunt commemorandi: quanquam insunt aliqua vestigia, vt in Orat. pro Muræna, & in Pisonem. Sed hæc in exortatiuis orationibus longe commodiorem fortia sunt locum. Auctoritatem habemus ex Dione Prusso, grauissimo oratore, qui Homeris versibus in ijs quas sapienter, copioseque conscripsit orationibus, v[er]sus est saepissime. Quanquam quid Dionem appello? nonne & D. Paulus in ea nobilissima concio, quam de Deo Athenis habuit, Aratii illud usurpauit? Nonne & D. Augustus in serm. de SS. Innocent. ad populum, sententiam illam tritam:

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Septimus Fons Inventionis.

I. V. uita.

CAPUT IX.

Testimoniorum gemmæ sunt quæ à Græcis vocantur. y. uia, dicta gravia, & sententiosæ, quorum apud veteres tanta fuit auctoritas, & precium, vt nihil ad maiestatem orationis exaggerandam putarent excitatus. Itaq; & sumimam laudem meruit Thucydides, quod sententijs appositæ v[er]sus esset, & poetarum utilissimus habitus est Hesiodus, qui licet ad Homeri gravitatem, nec argumento, nec dignitate carminis assurgat: tamē ob crebras quas habet sententias, mirificam laudem apud posteros est consecutus. His artibus à tenero singi, eruditique pueros volunt, non modo ut ad normam virutis surgentem etatulam conformarent, sed etiam ad elo-

quen-